1378. ig 19. Junij Ex MS Arch Cap Plocen

529.

146

Litera compositionis amicabilis inter Plo:
censem et Culmensem episcopos ac capitula eo:
rundem, nec non super emensuratione tricento:
rum mansorum pro episcopatu Plocensi, per
capitulum ecclesiæ Culmensis in terra Lubaviæ

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis amen. Ad per:
petuam rei memoriam. Lites quæ prodigæ sumptuum, li:
berales laborum, parcæ modestiæ et ignaræ quietis esse
dinoscuntur, ab his præcipuè sunt vitandæ, quæ in præ:
lationis officio constituti, quasi penne columbæ dear:
gentatæ sibi et subditis splendere debent, pacifici, seden:
tes in pulchritudine pacis, tabernaculo fiduciæ, et requie
opulenta. Proinde nos fratres Ioannes de Smalborg præ:
positus, Conradus de Melsak decanus, totumque capitu:
lum Culmensis ecclesiæ, notum facimus universis præsen:
tium notitiam habituris. Quod ab olim siquidem cum
post legitimam et rationabilem super dictæ Culmensis ec:
clesiæ statu et libertate, inter venerabiles patres dominos
Thomam Plocensem, et Vernerum Culmensem quondã
episcopos, tam consultè quàm salubriter factam ordina:
tionem, ob defectum, quem tunc Plocensis ecclesia, et
eius nomine plures venerabiles patres Plocenses epi:
scopi, pro sui successivè vice regiminis, in trecentis
mansis in districtu Luboviæ situatis, de quorum dona:
tione in literis, super iam dicta ordinatione confectis cave:
tur, et traditione coram reverendo et magnifico domino
Wynrico de Knyperode magistro generali ordinis Theu:
thonicorum, et nonnullis suis prædecessoribus quærulo:
se proponebant existere, inter præfatas ecclesias et earũ
capitula, pacis procurante æmulo, gravis fuisset susci:
tata dissensio. Reverendus in Christo pater dominus

Boleslaus

Boleslaus Plocensis episcopus, pleno de consensu sui capituli, pro se, sua et ecclesia parte ex una; ac nos fratres Ioannes de Smalborg prepositus, Conradus de Melsak decanus, totumque capitulum ecclesie Culmen: sis, de unanimi consensu nostro parte ex altera; no: lentes per anfractus litium fatigari, sed potius charita: tis vinculo colligari, invocato Divine pietatis auxilio, de certa scientia dicti domini magistri et iussu, assigna: tis ad hoc loco convenimus et termino, mediantibus quo: que nuntiis et relatoribus fidedignis, post maturum et satis prolixum tractatum, seorsum inter nos vicissim prehabitum, concordavimus unaniniter mensuratio: ne bonorum in predicto districtu Lubovie, à Plocensi: bus episcopis electo, iam dudum secundum tenorem di: ctarum literarum in premisso tractu tunc etiam exhi: bitarum et productarum, que bona Plocensis ecclesia directo tenet dominio, et actu possidet, defectuum sup: pletione, aut superfluorum restitutione, fiendarum limitatione granicierum agri=mensorum et iudicio dini: mendam. Que omnia in singulis terminis ad ea pre: fixis, de concordi nostro animo, aliquibus Plocensis et Cul: mensis ecclesiarum canonicis presentibus, cum strenuo mi: lite domino Iescone de Ofsek, et prefato domino magistro, ad ipsius domini episcopi Plocensis, ac nostri capituli Culmensis instantem petitionem, mediatore specialiter deputato intente factum et operose, solicitante equo mensurationis funiculo, iusta computatione, ac plena de: fectuum supplctione, iusta agri mensorum artem, dicti mi: litis pronuntiationem, et nostram utrinque approbationē, laboriosis fatigationibus medulanibusque mensurationum in longum et latum secundum diametri directionem exami: nationibus, continuato labore, nec non post modicum labentium aliquot dierum intervallum, infrascriptorum

positione

positione limitum, quibus plenè trecenti mansi mensure
Culmensis includuntur et integre, in prafati dominii epi:
scopi, et aliquorum de nostris canonicis presentia, ad nu:
tum Divina clementia cooperante fuerunt finis consecutò:
ne debite terminata. Pradicti verò trecenti mansi integra:
liter inclusi, in suis hoc modo limitibus continentur. Primo
incipiendo à loco in quo Brennicza influit Drwanciam
contra Swediam, ubi prima est granicia, et ascendendo
Drwanciam in pede montis, et in quadam pinu, non lon:
gè à Drwancia posita, secunda reperitur signata granicia,
deinde eundo directè per viam antiquam apud lacum Ju:
gana, circa viam que ducit de villa Sugana in Brzoszam
Pauli tertia granicia in quodam trunco lapidibus circũ:
dato signata reperitur, à quo quidem trunco descendendo
dextrorsum per granicias medias, usque ad littus lacus Ju:
gana, et ulteriùs in littore lacus ad ecclesiam Plocensem
pertinenz versus meridionalem plagam, lacu autem, pi:
scina et locis palustribus, ecclesia Culmensis capitulo ma:
nentibus, usque ad aggerem ex opposito molendini, et in:
de circa fluvium Suganicze, cuius fluvii medietas infra
aggerem et molendinum ad Plocensem ecclesiam perti:
neat. In quadam alno quartam fecimus signari gra:
niciem, circa ipsum fluvium Suganicze infra alnum
prædictam ad ecclesiam Plocensem ex integro pertinentem.
De hac verò alno ascendendo montem sinistrorsum,
quinta granitia in quadam tilia, nostro consensu ex:
tat consignata. Demum ab illa descendendo dextrorsũ,
in prato vicino scata habetur, statua erectione, accumu:
latione terre, et congerie lapidum signata granitia, à
qua eunda per diametrum et medias granicies de novo
etiam erectas, trans fluvium, lacum Zambrze influen:
tem, usque ad quandam alnum, cuius incisione in ipsa
alno, et circa eam lapidum congerie non longe positorum,

septimam

septimam granicièm fecimus consignari, à qua per diam
metrum etiam eundo per granicias intermedias contra
Brennicìam, octava granicia in quodam quercu circa
Brennicìam, ipsius querûs excisione reperitur consigna:
ta. Intra quas quidem granicìas per descensum Brenni:
cie in Drwancìam, mansi supradicti breenti sunt inclu:
si integraliter, medietate utilitatis fluviorum Drwancie et
Brennicie, cum directo et pleno dominio, lacuum, agrorũ,
et cæterorum suprascriptis limitibus inclusorum, sicut ad
Culmensis ecclesie capitulum spectabant, ad ecclesiam Plo:
censem pertinente. Quorum quidem limitum prasigna:
tionem, seu granicianum fixionem et distinctionem, cum mensu:
ratione ut supra dicitur, nos fratres Ioannes prepositus,
Conradus decanus, totumque capitulum Culmensis ecclesie
ratificantes et approbantes, bona fide, sine dolo et fraude,
presentibus promittimus in perpetuum et inviolabiliter
observare, renuntiantes liberè, nostra sponte et spontanea
voluntate, nulla prorsus fraudis vel doli interveniente ma:
teria, literis alìas ab antiquo super consignatione et distin:
ctione limitum confectis, et mensurationum in futurum
faciendarum fatigationibus, limitibus tamen ad presens
per dictum venerabilem patrem Plocensem episcopum, et
nostros canonicos qui interfuerunt, ut premittitur distinctis,
durantibus, seque oculis subiicientibus, taliter, quot quo:
tiescunque predictos limites, in parte vel in toto diminui
vel destrui contigerit, licitum sit nobis, cum requisitione
partis alterius, sine omni controversia eosdem limites re:
formare et etiam innovare, et generaliter omnibus, quibus
presens autenticum attenuari aut annullari, in toto vel
aliqua parte potuit, prima compositione et amicabili con:
cordìa dudum inter venerabiles patres dominos, Thomam
Plocensem et Vernerum Culmensem episcopos predictos,
super statu ipsarum ecclesiarum, et iam dictorum breentorũ

mansorum

mansorum rite et rationabiliter facta, duntaxat accepta,
quam in suo robore cum omnibus capitulis et mem:
bris, prout in literis super hoc confectis pleniùs contine:
tur, integralem volumus et perpetuam permanere. Ad maio:
rem autem evidentiam omnium prædictorum, presentem
paginam conscribi fecimus, et prædicti domini Wynrici
magistri generalis, nec non venerabilis patris domini
Dobeslai episcopi supradicti, capitulorumque Plocensis
et Culmensis ecclesiarum, et domini Jesconis præfati
mediatoris, sigillis, procuravimus communiri. Actum
et datum in Brzosza Pauli, decimonono die mensis Junij
anno Domini millesimo trigentesimo septuagesimo octavo.
Presentibus honorabilibus et discretis viris et dominis, Bro:
mislao præposito Curzeloviensi nec non Gurznensi et Plo:
censi canonico, Joanne archidiacono Dobrinensi, Petro
officiali, Alberto, Joanne et Swanthoslao de Lang
Janthcone, fratre Joanne de Thura vicario generali do:
mini Culmensis episcopi, fratre Joanne de Nysa custo:
de, fratre Nicolao de Wrankensteyn, fratre Joanne Schulz
meijster, Ploensibus et Culmensibus canonicis, necnon
domino Nicolao plebano ibidem in Brzosza, domino Jo:
anne de Leslaw plebano in Swyner, Talislao Swanthos:
slai, Joanne Achtsnicht, publicis notariis, Pylgrimo
hærede de Grazow, Henrico sculteto ibidem in Brzosza,
et aliis quàm plurimis fide dignis.—